

tore Henrico et Lothario augusto¹ et patruo nostro Cōnrado rege ecclesię de Ruakersperch donatum est et concessum, scilicet Ruicinum locum et adiacens desertum quoddam iuris 'regni mei' scilicet nemus adhuc viride ob spem vitę ęternę ea conditione, ut predictę ecclesię monachi cum hominibus suis exstirpent et succidant atque conburant atque exerceant atque laborantibus agricolis ad succidendum et exstirpandum collocent, donec in cotidianos usus suos bene redigant. Terminus vero eiusdem silvę ac deserti circa montem Gvgani² extensus in longitudinem et latitudinem ubique nemorosus et incultus per circuitum dicitur constitutus: de monte Ganbath ubi oritur usque ubi cadit in nigram aquam primus terminus est, secundus rursus de monte Gambach usque ad Loupach et ab ortu eiusdem fluvii usque ubi cadit in Sensunnam, tertius de Loupach usque ad fluvium Guckani ubi ille cadit in Sensunnam, quartus ab illo usque ad Turingesperin, quintus usque ad Linebrgam, sextus inde usque ad Scutum, VII^{mus} de Scuto usque ad cecum fluvium, VIII^{mus} inde usque ad rubeum fluvium et sicut idem rubeus fluvius cadit in nigram aquam, VIII^{mus} de nigra aqua iterum³ usque ad montem Ganbach, eruntque omnes termini simul VIII coniuncti. Decretum ergo a 'me' atque ab omnibus principibus collaudatum, ut nulli omnino hominum posthac liceat in eodem loco nec in eadem silva⁴ aliquas proprietates condiciones non hereditariis iuris non advocatię non cuiuslibet potestatis usurpatione que libertatis sunt usibus nocitivę sibi met audeat vendicare vel temere perturbare aut subditas⁵ eis possessiones auferre vel minuere sed omnia conserventur eorum pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Decernimus ergo et 'regia' auctoritate precipimus, ut si qua persona ecclesiastica vel secularis huius constitutionis paginam sciens contra eam 'temere' venire temptaverit semel ac secundo tertiove conmonit^{us}, si non satisfactione congrua emendaverit, XXX libras auri ad erarium 'regale' persolvat, primitus ecclesię reddito eo quod ecclesię iniuste abstulerat, et potestatis honorisque sui dignitate careat. Et ut hec omnia firma et inconvulsa permaneant presentem paginam sigilli nostri impressione signari precepimus presentibus testibus 'Hermano episcopo⁶ Constantiensi', Ortliabo⁸ Basiliensi, Cōnrado Warmatiensi, duce Welfone⁹, Bertoldo duce Burgundię, Odackaro

1) 'et Lothario augusto' von gleicher Hand über der Zeile nachgetragen; über 'Lothario' ein Kürzungszeichen für 'us' ausgewischt
 2) 'Gogani' A. o. durch Punkte getilgt. 3) 'i' aus 't' corr. 4) 'silva' in A. hinter 'proprietates', vgl. d. Facs. 5) 'd' von gleicher Hand über der Zeile nachgetragen. 6) 'o' aus 's' corr. 7) Zuerst '-sis', das Schluss-s ausradiert. 8) Vor 'Ortliabo' ein 'du' durch Punkte getilgt. 9) Corr. aus 'Wellone'.